

8448/15

BX1749
.V5
1728-1743
v.7
c.1



1080044542

BX1749

-V5

1728-1743


V.7

R. P. M.
FR. EMMANUELIS
DE VILLARROEL
 PINTIANI, 46382:
MONACHI BENEDICTINI
 LAURENSANENSIS;
THEOLOGICÆ DOCTORIS,
 SACRARUM LITTERARUM INTERPRETIS,
AC CONGREGATIONIS
 VALLIS-OLETANÆ
CONCIONATORIS GENERALIS.
 IN SACRAS
TAUTOLOGIAS,
 CUM ILLUSTRATIONIBUS
 PANEGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,
 ET POLITICIS,
 COMMENTARIORUM LITTERALIUM
TOMUS SEPTIMUS.



SECUNDA EDITIO.

CUM PRIVILEGIO.



MATRITI: Ex Typographia IOSEPHUM GONZALEZ, Arenaria via.
 Anno Domini M. DCC. XLIII.

R. P. M.
FR. EMMANUELIS
DE VILLARROEL

BENEDICTINI
MONACHI BENEDICTINI

LAUTENSANENSIS
THEOLOGICAE DOCTORIS

SACRAMENTI LITTEARUM
AC CONGREGATIONIS

VALERII GENTIANI
CONCIONATORIS GENERALIS

IN SACRAS
T A U T O L O G I A S

CUM ILLUSTRATIONIBUS
PANEGRYICIS, ANAGORICIS, TROPICIS

ET POLITICIS
COMMENTARIORUM LITTEARUM

TOMUS SEPTIMUS

SECUNDA EDITIO

CUM PRIVILEGIO

MATTHEI: DE VILLARROEL BENEDICTINI

Anno Domini M. DCC. XLII.

ILLUSTRISSIMO

D. D.

LUDOVICO SALCEDO
ET AZCONA,

REGIO CONSILIARIO, HISPALENSI ARCHIEPISCOPO,

UMBRIGÆ DOMINO, &c.

Fr. Emmanuel de Villarroel Benedictinus V. P. F.



AUD solvi cupit (Illustrissime Princeps) qui re-
nuit absolvi. Arrident libertati dulciter opta-
ta vincula; quippequam à corde pender emis-
sa catena, potioris magnifico eleutherio li-
bertatis: sunt enim vincula stemmata grati-
tudinis. Non ingrata pectoris præclare digna-
ti oblatio; & prompto dono, & observan-
tiæ creditricis obsequenter studio: potissimè dum libenter hy-
pèraspista offeruntur, quæ tot titulis, meritis gratisque iurè de-
bentur. Cuius cor pridem dulci Minervæ ambitiosè dicarum;
exile, nullum, etiam maximum obsequium. Cor verè munus est.
Minoris etiam ad cultum donum, si donum, ducendum (quam-
vis allectrice pulchrà specie) quando muneris officium faultè pro-
cedit à dicato corde: ducto quidem, tracto, quinimò victo, &
propter tuarum specimina gratiarum, & propter commendatio-
nem spectabilem dorum; dum floruisti iugiter (inclytè Princeps)
& flores, & fulges insigni nobilitate, regimine, religione, zelo,
phronesi, in dignitatis eminenti culmine, splendidiore honore re-
ctissimo tramite; uti virtutum vivum nobile exemplar, simulque
iubar. In fastigio præ se fertur honoris crediti lucerna & ardens &
lucens: quam merita in apice locant; ut qui ingrediuntur, an-
tequam ingrediuntur, lumen videant, mitenturque ex magnis
quam magnus & optimus: simulque quod claret insignius; in di-
gnitate dignitatis honos. I decus, i nostrum.

Sed unde? Constat ex genere: nimirum ex Comitibus Goma-



ra. Ex Hispaniæ Primatibus, Primoribus, claris insignibus, & acceptissimis Regibus

*Hinc domus, hinc ortus, Dominique Pe natibus olim
Charus uterque Parens, atque in tua gaudia plaujus,
Ne querere genus: raptus sed protinus alvo
Sustulit exultans, ac primâ lucidâ voce
Astra salutantem, Dominus sibi mente dicavit.*

Gloria utique, virtute non sanguine niti; sed rara (verum amplissima) genus eximium ante meritum mereri; quasi per egregia futuræ commendabilis virtutis, creditor constitueretis fortuitæ nobilitatis: rutilaretque ingenita virtus, quasi elicitâ per traducem à Maioribus; quorum tu decus, tuorum simul ornamentum & onus. In te devenerunt decora decori generis, ex merito sanguinis; qui quidem sine merito, ni tessera tuâ accessisset singularis spectabilis virtutis. *Ex te maior honos.* In rebus præclare gestis stemmata radiantia antiquæ familiæ sunt: maior te expectat in encomia iurè laus. Gloria virtutis eorum tu es. Exaltare Domine in virtute tua. Vides enim illorum magnitudinis venerabile culmen: fatius tuam veneramur *magnitudine maiorem.* Stirps profectò retrò sæculis clara. Iam præclara. Non fortunæ, sed beneficium pretiosum vigilis cœli; pulchra generatio cum insigni claritate.

*Sublime decus, cui nominis hæres:
Princeps hic Principe natus.*

Plura elogijque scæta, quibam congerere Patris; ut constaret germen floridum ex qua pullulaverit in splendorem, radice. In Regum Senatam, publicum in bonum electus, ac euectus in regni secretiora sanctioraque munia; expressit prudentiâ, integritate iudicioque, rerum administratione strenuus, quibus ornamentis in ministerium assumptus.

*Hæc tamen innumeris per se quæsitâ trophæis,
Non generis dono, non ambitione potitus.
Dignâ legi virtus: ultrò se purpura supplex
Obiulit, & solus meruit regnare togatus.
Nulla relicta foret Hispani nominis umbra,
Ni pater ille tuus iamiam ruitura subisset
Pondera: turbatamque ratem, certâque levasset
Naufragium commune manu.*

Alia & insignia susque deque facio, quæ prædicata silentio; tibique

bique cordi & altissimè impressa, quæ sequeris æmulatione mirâ, qua gaudet Pater vinci: à filio enim superantur superiora.

*Hos tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum
Hæc exempla dabat. Cognata potestas
Exceptit Tyrio venerabile pignus in ostro.*

Id. 3. Consul. à v. 14.
Iò triumphæ. Mactè. Illi crederis infans. Vestigia magna indolis agnoscit. Veniet robustior ætas, qua in earum gloriam, cognoscei & cognoscere facultatibus valeat amantissimas litteras. Huc tibi Musæ duces. Hæc itur ad astra.

Bonam fortitus es animam, ante cultum apprimè docilitate cultam; ac in eius commendabile studium, optimum animum.

*Scilicet ingenium & rerum prudentia velox,
Ante pilos venit. Rapit inde modestia præcox,
Et pudor, & tenero probitas maturior ævo,
Et ubi suffusus purpureo sanguine candor.*

Stat. d. 2. l. 1. vers. 39.
Quis dotibus, ut procedere & pervenire valeres in Eucliam; invenisti dumtaxat virtute comite viam: quæ quidem à te Salmanticæ (decorato nobili fusca prætextâ) quia trita, docta. Haud ingressus in augustum celebrequæ Collegium, ut potissimè instruaris; sed ut instrueres, factus forma probitatis, speculum inventutis.

*Accedunt trabee: nil iam decore relictum,
Quo virtus animo crescat, vel splendor honore:
Culmen utrumque tenes.*

Clud. in Mall. Theodor. vers. 14.
Petexiguus hæteret ex dotibus inclytis radians sine munere fulgor; ni ante honorem habereris Rector. Respondisti cunctis numeris cunctorum expectationi. Dexteritas latè fulsit, cui integritas morum regimen cum luce dedit.

*— Talem te protinus anni
Formavere rudes: & dignum vita curuli
Traxit iter, primæque senes cessere iuventæ.
Iam tunc canicies animi.*

Ibid. à v. 16.
Sic conciliati sociorum animi, & decor honori. Nec, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem diminuit. Nec famam quidem (cui etiam sæpe boni indulgent) ostentandâ virtute, aut per artem quæstis; procul ab æmulatione adversus collegas. Inde plautus. Nil mirum est par cum flore senectus.

Statius,
2. Silv.
l. 3 v. 76

Senec.
ad Polyb
capit. 22

Stat. d. 5
l. v. 54

Homer.
24 Odyss
v. 371.

Claud.
de Nap.
Honor.
vers. 35.

Id. de 47
Consul.
Honor. à
v. 45.

Id. 3.
Consul.
à v. 14.

Perfius,
Satyr. 4.
v. 4.

Stat. d. 2
l. 1. vers.
39.

Clud.
in Mall.
Theodor
vers. 14.

Ibid. à v.
16.

Tacit. in
Agricol.
cap. 9.

Drac. 67.
Hexam.
v. 364.

Transis in Tribunalia, illustratâ Dispalensi atque Granatensi Curia; postque regiâ in Ordinum Senatuum vocatus ex Principis ordine. Per catenata merita, advenit in præmium etiam catenata munera: cum per innatam prudentiæ singularis dexterritatem; quàm aptè tuis humeris, clareret, sedere regimen.

Tutarique reos, ipsa hæc amplissima sedes

Orantem stupuit, his laudatur a regem.

Remuneratio meritorum iustum dominantis prodit imperium: apud quem perire nescit, quod quemquam laborasse contigerit. Negare non possumus quod debemus (dixit olim Rex Theodoricus) Quod dignitate pretiosius, à nobis habere meruisti: ut regio lateri dignus adhareres, & ad honores ornatiores pervenires. Cuncta siquidem, ut famam capiat humanitas, in te geminata sederunt: patria, genus, instituta præclara; quorum si unum nobilitatem complet, in te collecta plus facient, qui non minus genitæ solij fortunâ respiciens, quàm gloriâ stemmatis & virtutis ornaris. Pintia felix. Fœtus astruunt; dum ex illa tot Heroes, tamquam ex equo Troiano in Famæ templum exierunt. Exitus acta probarunt. Naturali prudentiâ, quamvis inter togatos, facile iustè que agebas. Ubi conventus ac iudicia poscerent; gravis, intentus, severus; & sapius misericors. Ubi officio satisfactum, nulla ultra potestatis persona. Iustum sanequàm encomium; quandiu celebrant, & fronte aperta, togati togatum. Nihil gravius, sanctius, doctius, ut non unus homo, sed littera ipsa omnesque bonæ artes in uno summum periculum adire videantur. Quàm peritus & privati iuris & publici! Quantum rerum! Quantum exemplorum! Quantum antiquitatis! Planè thesaurus. Iam quantâ sermonibus eius fides! Quanta auctoritas! Quàm pressa & decora cunctatio! Et tamen plerumque hesitat, dubitat diversitate rationum; quas acri magnoque iudicio ab origine causæque primis repetit, discernit, expendit. A love, à lege in rectitudinem audis; nec quid delirat amussis. Magna profectò potentia, eximia fama, satius optima conscientia: qua in sæculo sæcularique honore, ut internæ devotionis præberes specimen exuisti & avidè, & volupè, habitum sæcularem. Quid ulterius? Nec sicine quietum pectus, donec sacris initiatus.

Haud potuit tot studijs modestiæ, fulgor virtutis abscondi. Naturalis splendor luci. Unde in Cauriente Ecclesiasticum fastigium, hinc in Compostellanum, hinc in Hispalensem assumptus es dignitatem (semperque invitus, ut maius fulgeret opus) postquam fugisti Auriensem sedem, Limenseque culmen; & quod

potif-

potissimum, Vice-regis honorem. Vel quæ credita, abdicata ex animo; ni Principis opprimeretis præcepto: qui propter dotes spectabiles, præclaras, insignes, dum tibi dignitatibus; sibi pro illarum decore studiosè consulebat. Dissentis. Animus tuus.

Ille vetat: rerumque tibi commendat habenas,

Et sacro meritos ornat diademate criniss

Tantaque se pietas rudibus ostentat in annis.

Sic atas animo cessit, quærentur ut omnes

Imperium tibi serò datum.

Maior factus, dum fiebas minor. Non eras, sed fiebas, miro fulero celsitatis; ubi ita parvus in oculis tuis. Verùm quò radijs fastigium celsius; ampliore munere, semper luminare maius. Nutriunt præmiorum exempla virtutes. Hinc est (subdit qui supra) quò illustrem tam suis, quàm paternis meritis elucentem, vacanti dignitati subveximus: ut natalium splendor insitus, ornatiores collatis redderetur honoribus. Hoc ne quod fugisti, virtute urgente, & aures Regis vellicante famâ? Utique.

Plus ideo sumenda tibi fastigia iuris

Ne pereat tam priscus honos, qui portus honorum

Semper erat.

Ad maiora maior, ad potiora potior, dotibus meritis celsior, & occupationibus aptior, promptior, & industrior.

Maximus ad summum culmen pervenit honorum.

Molem immensam humeris, & non tractabile pondus

Imposuit: viribus quis enim par esset Atlentis?

Crevit in immensum. Sic Dij statuisti, & omne

Cum tot sideribus cælum requievit in illo.

Exultas Hispalis, gratulabunda de Præside ac Præsule; honorem accipiens ex Pontificis honore, ac illustri dignitate.

Hæc cum multiplici populus narret ab ore,

Una fuit cunctis sententia fixa catervis.

Turba Sacerdotum, venerandaque Curia sedis

Elegit, voluit, meruit, suscepit, amavit.

Avidè te suscipiunt dignitates, quippe uti adveniente Sole, virtutum germinant flores, quocumquè gentium stes. Quicquid calcat pes, rosa fit.

Cre-

Claud.
d. à v. 22

Cassiod.
1. Variar.
Epist.
42.

Tacit. d.

Plin. 1.
Epist.
22.

Claud.
3. Honor. Cōsul. à v. 83.

Cassiod.
2. Variar.
Epist.
16.

Claud.
2. Stille
v. 313.

Auson.
Edyl.
30. v. 29
Stat. 5.
Silv. 1. à
v. 82.
Ovid. 4.
Metam.
fab. 17.

Ennod.
Panegy.
à v. 85.

*Crescite virtutes, fecundataque floreat etas.
Ingenijs pateat campus, certusque merenti
Stat favor: en aurea nascitur etas.*

*En proles antiqua redit: Concordia, Virtus,
Cumque Fide Pietas altà cervice vagantur,
Insignemque canunt nostra de plebe triumphum.
Iustitia prorsum, vitijsque à stirpe recisis
Elicit oppressas tenebroso è carcere leges.*

*Populus digito demonstrat. Advena quoque & peregrini iam in
municipijs & colonijs suis auditum, cum primum urbem attigerunt;
requirunt, ac vultum agnoscere concupiscunt.*

*Non tamen hic mutata quies, prohibè sive secundis
Intumuit: tenor idem animo, moreisque modesti
Fortuna crescente manent. Sic utur in alta
Pectora: sic mihi reverentia cedit amori.*

*Nil exploratur plebeium, nisi cum intendis in subsidium paupe-
rum. Animus obvius & expositus, plenusque humanitate, quam præ-
cipit. Sermo copiosus & varius, dulcis in primis, & qui repugnantes
quoque ducat & impellat. Nullus horror in vultu, vitia sanctitas
summa, comitas par. Insectatur vitia, nō homines: nec castigat erran-
tes, sed emendat. Exprimis utcumque suaviter indolis, genium &
ingenium excelsum, dulce, facile. Te pietas, te fama, te gloria su-
per ipsos Principes vehunt. Te ad sidera tollit humus. Paci studes, &
potiris. Sponsam protegis, quam fugere conabaris. Honore pro-
pter dignitatem honorem generosè defendis.*

*— Defendis honorem,
Quem fugis; & spernis tantà quem mole tueris?
Respuis oblatum, pro quo labente resistis?*

*Et athleticè, si oportet. Nec tu esses, nec tui, nec tibi, ni totis vi-
ribus Sponsæ consuleres dignitati; quæ plenius amabiliter rutilat,
ubi tranquillitas cum pace Octaviana concordat. Fauces Hydræ
iudicio ac prudentià resecat: nec facilè credis, nec facilè iudicas.*

*Opprobrijs stat nulla fides, nec litera venit
Vulgatura nefas. In quo vel maxima virtus
Est tua, quod nostros qui consulis omnia patres,
De monstris dicas pellendis. Denique nulla
Dedecoris sanctum violant oracula cætum.*

Sicci-

*Siccine, cum diligas decorem domus tuæ, Ecclesiam decet miri-
ficè sanctitudo. Floret gratia lepore Musæo: vigeatque faustè con-
cordia, dum ovat gratia; viderisque pluris, quanti videbaris.
Hoc negotium tuum, hoc otium, hic labor, hæc quies: in his vigilas,
in his etiam somnus reponitur. Vicisti famam virtutibus, queis rapis
affectus.*

*Qui domui suæ præesse nescit, quomodò Ecclesiæ Dei dili-
gentiam habebit? Ex tuæ domus indicta regulariter forma; in
Ecclesiam innotescit quanta & qualis diligentia. Hoc numquid est
palatia regere, & domos proprias ordinari? Profectò, rectore iudi-
cio, virtutis signato tramite. Palatium est, simulque eis religio-
sum Collegium, qui in medio strepitus civitatis, sciunt sibi fabri-
care solitudines. Sunt in sæculo Monachi, qui tibi famuli, & Nu-
minis servi. Tomi primus in seriem religionis præbes universis
exemplum, norma virtutum; cum tibi iam pridem, calcato fastu,
in serica indixeris odium. Quam parcus in victu! Quam modicus in
cultu! Ipsum cubiculum, ut imago quadam prisca frugalitatis aspi-
citur. Ornat hæc magnitudo animi, que nihil ad ostentationè, omnia
ad conscientiam refert: recteque facti non ex populi sermone mer-
cedem, sed ex facto petit. Ita domus sine ostentatione dives; at alia
dicitior supellex. Hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperatiã pru-
dentiãque lucentibus. Præter hæc frugalitas & continentia, & tole-
rantia & libertas, comitasque: (quis credat?) in homine rarè hu-
manitas bonum. Tum providentia, tum elegantia; & ex istis mag-
nanimitas eminentissima, quantum (Dij boni) decoris illi, quantum
ponderis, gravitatisque addunt! Quanta cum gratia auctoritas!
Nemo amabilem, quin simul venerabilem dicet. Tibi dum*

*Alter in antiqua iactat de stirpe parentes;
Aternis contenta parùm de sanguine mens est.
Digna referre viro virtutum stemmata mille
Commemoras: quanta tituli tunc laude superstant
Vincuntur, quoties & morum gloria victis,
Parturis insignem ad sæcula longa triumphum:*

*Verùm maiori plausu signat per te instaurata ac propagata Reli-
gio. Fulget Ecclesiæ non solum cultus, sed nitor, sed splendor.
Expensæ largissimæ clamant tam in Metropolitano augusto tem-
plo (magnifico singulari organo, excessivo auro, liberalissimo*

Tom. VII. Taut.

99

sump-

Claud. d.
Mall. v.
260. &
1. in Ru
sin. à v.
51.

Tacit.
de Ora.
tor. c. 8.

Stat. d. 2
v. 116.

Plin. 1.
Epist.
10.

Id. Pane
gyr. Tra
ian.

Claud.
2. Stilic.
v. 281.

Ibid. v.
295.

Lucre:
1. v. 318

Plin. 1.
Epist. 3.

Cassio-
dor. d.

Plin. d.

Senec.
Ep. 115

Eunod.
d. à v.
69.

samptu) quàm Umbrigæ, ubi Basilicam è pulvere crecta mozelus munificè extraxit; & in iustam magnitudinem, amplioremque formam generosus sumptificè. Iam non queratur Bernardus, templa auro, pauperesque, te Antistite, algore rigere. Ad utrumque pium nobilissimum studium; ubi exitis non tam auxilium, quàm anima pauperum, aperiens & extendens beneficam munere manum; quippequàm nata miseratio tecum: opera munifica etiam annunciantur in porta. O quàm excellus animus!

————— *Virtutibus ille*

Fortunam domuit: numquamque levantibus altè

Innumuit rebus; sed mens circumfusa luxu

Novèrat intactum vitio servare vigorem.

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,

Nec tenebris damnavit opes, sed largior imbre

Sueverat innumeras hominum ditare cetervas.

Quippe velut densa currentia munera nimbo

Cernere semper erat, populis undare Penates:

Afsiduos intrare inopes, remeare beatos.

Hæccine publica. Quæ secretiora & sanctiora? *Si me interrogas, maior ille est, qui iudicium abstulit, quàm qui meruit.* Siccinè virtutem studia decent. Potiora profectò latent.

Dij, precor, hunc Prasulem, quem vos (nisi fallor) ab ipso

Æthere misistis; post longa reducite vita

Tempora, vel potius mortale resolvite pensum;

Vel date perpetuo cœlestia fila metallo.

Sunt mihi & publica vota; ut fulgeas, floreas, ac in æternum vivas.

CENSURA R. P. M. Fr. PLACIDI DE MORALES, THEOLOGIA DOCTORIS, CONGREGATIONIS BENEDICTINE HISPANO-ANGLICE CONCIONATORIS GENERALIS, INCARNATIONIS BENEDICTINE CURIE MATRITENSIS SUPERIORIS VICARIJ, &c.

EX præscripto RR. P. N. Magistrj Fr. Ioseph de Bannevo, Benedictinæ Congregationis Hispaniarum & Angliæ Generalis dignissimi, &c. Tommii septimum Commentariarum in Sacras Tautologias cum illustrationibus, &c. à Sapientissimo Reverendissimoque Patre Magistro Fr. Eimmanuele de Villarroel, Theologiæ Doctore, Sacrorum Bibliorum Interprete, Laurentianis Monasterij semel iterumque Abbate, ac eiusdem Congregationis Concionatore Generali, elucubratum tanta animi voluptate legi, quanta luculentia splendet, quanto amore eius Auctorem profecutus sum; cum à iuventute illum non ut qualemcumque complicem, vel amicum; sed ut dominum, ut patrem, doctoremque cœlestium mihi præ cunctis mortalibus habeam.

Introspexi igitur Opus, & in ipso Auctorem veluti alterum Iacobum, Interpretum præcedentium suprema tenentem manu, iuraque præposituræ iuste sibi vendicantem. Siccinè eminet, toto orbe iudice, Auctor noster cunctis numeris, sive scientiâ Scripturarum, inherentemque sententiâ, sive eruditionem sacram, sive fluenti doctrinâ, sive profanam sapientiam, sive styli facundiam, sive eloquij comitatem, sive celerem ingenij, quo per omnia divagatur, subtilitatem aspicias. Quæ in pluribus sparsa, sedere amico hic inveniuntur unita, & gaudibundi scrutantes avidè opus, inveniunt ad votum interpretum coriphæum.

In novo hocce Iacobe hæret sanè mens, ambigitque, an cum Ambrosio mirretur plus singularem animi, laborumque ac vigiliarum diuturnissimam patientiam, qua primèz tolerantiam ter denis annis exuperat; an illius prolificam fecunditatem: non enim, ut Iacobus, post sex filios masculos imbellem feminæ prolem, sed nervosum, sed vegetum, adeo fortem & robustum ex sua laboriosa Lia septimum editi nunc filium, ac sex progenit priores, quo per ceteris paribus factus est inclytus; imò alios quinque prægrandes, & iam prodire gelientes tumido sinu fovet, ut prolem omnem Iacob etiam numero æmuletur.

Mirabilis tot in voluminibus concordia discors, tendentibus in eundem animi & animæ scopum: ut enim taceam cum nostro Magno Gregorio, quod in omnibus verè predicat; quod ad cœlestem patriam vocat; quod à terrenis desiderijs ad suprema amplectenda cor legentis immutat; quod dicit obscurioribus eius lectio exerceat fortes; quod nec sic clausa est, ut pavesci debeat, nec sic patet ut vilescat; quod usu fastidium rollit, & tanto amplius diligitur, quanto amplius meditatur; quod legentis animum sublimibus sensibus levat; quod à rudiioribus lectoribus quasi recognoscitur; & tamen à doctis semper nova reperitur; quod denique rerum pondere scientias omnes, atque doctrinas locutionis suæ more transcendit: paginam totam implet. De illo, opereque dicam, quod de Augustino Hieronymus: *Certè quicquid dici potuit, & sublimi ingenio de Scripturarum sanctarum hauriri fontibus, in eo positum, atque differtum est:* non utique artificij vocum, non venoso stylo, non dialecticis arguijs, non Rabbiorum figmentis, quæ est aliquando signet, profcindit & execratur; sed electis SS. Patrum Orthodoxis, solidisque antiquitatum monumentis, firmis Philosophiæ principijs, pervijs Theologiæ dogmatibus, Bibliorum versionibus, phrasibus, Idiotismis, ac demùm eruditionis humaniorum literarum conditijs pigmentis, quæ quidem sacrariorum famulari mancipar, ut earum pulchritudo ex arduo ornatu præstantissimo elucescat: hic enim scopus operis; hæc Auctoris dextra manus.

Stylo, ac facilitati, imò felicitati exponendi ardua conceptuum, sublimiaque animi sentia, quibus singularis est; verissimè aptari potest, quod de alio protulit Lipsius: *In ipsa enim brevitate & stricto dicendi genere apparè beata quadam copia. Fundit verba, et si non effundit, statim, non rapitur; anni similis, torrenti dissimilis; cum impetu, sed sine perturbatione se ferens; & ut felices arbores, quarum præcipua dos est fructum ferre, flores & folia tamen habent; sic iste, quem fructus causa legimus, & colimus, oblectationem ad feri pariter, & Venerem cum Minerva contingit.*

Hoc opus, hic labor est quod ab ipsi incunabulis, tamquam Opus peregrinum,

De Vit.
O. no-
rib. Reli-
gios. cap
11.

Claud.
Prob. pa-
negyric.
à v. 138.

Senec
Ep. 100

Calphur
Eclog. 4
à v. 138

CEN-

Mantuan.
clog. ad Mi-
randul.
S. Petri Da-
mian. prof.
sup. Domi-
nus. vobis-
cum.
Gen. 1. 2. 6

Ambr. lib.
1. de io-
seph. cap. 1
Gen. 1. 2. 11

lib. 1. 1

Greg. lib
10. Moral
c. 1.

Hieronym
Epist. 90.
alias 64. ad
Augustin.

Lipl in ma-
nudu. lib.
1. cap. 18.

Isai. 18. 21

Lipsi Epist
9. zst. Epist
4.

Match. 13.
44.

Rich. Ar-
desKin 16.
1 fol. 285.
Caramuel.

Christof.
homil. 27.
in Ioann.
Idem hom.
9. in Genes.
Eccles. 11.
2.

Lipsi. cent.
2. miscell.
Epist. 61.

at minimè peregrinum à Sapiētissimo Auctore, per cunctorum ora volitat; quod eruditorum manibus cum admiratione teritur; quod sacrorum oratorum lingua è suggestis effundunt; quibus nescio an à multis annis, cuiusquam labor utilior fuerit; et quod eruditio exterorum, misis ultro Auctori Epistolis luminis laudibus extollit, & demaximè barditas, quia cœcitur, non miratur: quod magno plauditur nomine, tituloque Bibliotheca; Theſauri Concionatorum; quin etret nomenclatura; nam me teſte & oculato, Ecclesiastes cum invenit, gaudens vehementer vadit, venditſque omnibus, emit, & non parum gratulatur se tam commodè ad manum habere tantam, & tam ordinatam rerum copiam, quàm ex multis voluminibus longo vix studio ſibi poſſet comparare.

Est igitur opus floridum, curioſum, & eruditum, Auctore dignum laude, quod argumentum tam arduum, ac nobile elegerit; ſed à cunctis deſideratur omnis confirmationis videre ſinem. Age igitur, eruditissime, Opus ſuſcepisti, labora; ſeciſſi creſcere, accreſce; adduxiſti in metam, deduc. Noli claudere rivos doctrine tue, ſed iuxta Salomonem, deriventur fontes tui foras, & aquar tuas in plateis divide. Dediſti iam pariem ſeptem; perſice, da pariem & octo; ut perfectione ſpei noſtræ octavo & ultimo Tomo huius operis completa, dicat tibi orbis cum Lipſio: Rem magnam confeceſſi, invidendam celerius, quàm imitandam.

Et, ut calamus iam contraham, munusque Cenſoris impleam; nulla in toto opere inveni adverſus religionem, & mores; pro moribus & religione multa ſatis & egregia, quæ ædificant, quæ proſunt, quæ inſtruant, quæ delectent; & ut una voce dicam: nihil non aureum. Hoc meum iudicium, ſalvo ſemper meliore, &c. In hoc Inſcriptionis Benedicte Cœnobio, Kalendis Aprilis, anno 1727.

M. Fr. Placidus de Morales.

FACULTAS ORDINIS.

NOS Magiſter Fr. Iosephus de Barnuevo, Congregationis S. Benedicte Hiſp. & Anglæ Generalis, &c. Ur Septimus Tomus Commentariorum Litteraliſm in Sacra Scriptura Tautologis elucubratus à R. mo P. M. Fr. Emmanuele de Villarroel, Theologiæ Doctore, Sacrarum Litterarum Interprete, ac noſtræ Congregationis Generali Concionatore, quoniam à Viris doctis (quibus ipſum examinandum commiſimus) recognitus & approbatus, typis mandari, & in lucem prodere valeat, quantum ad Nos attinet, tenore præſentium ſigillo noſtro & ſubſcriptione munitur, facultatem concedimus, in noſtro S. Petri de Montes Cœnobio. Die 15. Aprilis, anno 1727.

Magiſt. Fr. Iosephus de Barnuevo,
Generalis Congregationis S. Benedicte;

Magiſt. Fr. Antonius Arias,
Secretarius.

CENSURA Rmi. P. M. Fr. EMMANUELIS DE OCIO SALAZAR,
Examinatoris Synodalis Episcopatus Calagurritani, Ex-Diffinitoris
Provinciae, Predicatoris Generalis ex Numero Juſtitia, Miniſtri
Conventuum Cuellarenſis, Lucronenſis, Talabricenſis, Segovienſis,
& Toletani, olim Viſitatoris Apoſtolici, & iterum actualis Viſitatoris
Generalis Provinciae Caſtelle, Legionis, & Navarrae Ordinis
Sanctiſſima Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Proclarum, & eruditum volumen hoc nempe Septimum Tautologiarum Com-
mentarium Sapiētissimi Villarroel, mihi comaiſum, excepi, evolvi, ſum-
mè aviditate legi, ſed maſori cum iucunditate percurri. Sanè in ſalo huius mundi, et-
ſi diverſi hominum ſtatus, quàm plurimis artibus, variſque rationibus mortalem
hanc vitam ducant; nihil tamen iucundius, felicis, atque utilius; quàm cum, tum
mores in primis pueros, ac elegantes: tum Divinæ Sapientia ſtudia toto mentis affec-
tu amplectuntur. Illos verò imitari: hæc namque ſpeculari à ſummo rerum optice,
quàm hominibus proprium elargitum eſt. Propterea veterum hominum; alij in mori-
bus componendis; alij in rerum naturis enucleandis, contempſit omnibus, tam pu-
blicis, quàm privatis actionibus operam efficaciæm dedere. Sed quantum in hoc
Sacer, & Monachiſticus Benedicteſticus Ordo laboraverit, & floruerit, nullius linguae,
nec calamus valebit explanare: cum per tot ſæcula ſint tanti Doctores, & Pa-
tres; tot Scriptores, innumerabiliſque Eccleſiæ Luminaria, ſacris, & omnibus
litteris rutilantia, à quibus recto vivendi more, ſuis eloquiis, & legitis exitit
mens noſtra illuſtrata & erudita. Non unus pro mille: ſed unus pro innumerabilibus
Benedicteſticæ Familiæ Patribus, & Scriptoriſibus extat Reverendiſſimus Pater Ma-
giſter Fr. Emmanuel de Villarroel, Sacra Theologia Doctore, Divinæ Scripturæ
Interpres, Generalis Concionator Congregationis Vallis-Oletanæ, Ordinis S. Be-
nedicte, in licent edens Septimum Tautologiarum Volumen, cuius cenſura mihi in-
iungitur à D. Dr. Chriſtophoro Damasco, Sacri Illiſpulitani Montis Canonico, Inqui-
ſitore Ordinario, ac huius Matritenſis Curia Vicario, &c. Eſt tanti Auctoris virgam
cenſoriam ſuſcipere, ſuperet meas vires, attamen ea, qua valui induſtria Commenta-
riam hoc, quaſi teſtudineo greſſu, diligentius percurrere curavi: in quo non quid cor-
rigere, ſed multum, quod laudari debere, comperi in verbis proprietatem inſen-
ſentis gravitatem; in eloquentia venuſtatem, & uno dicam, locupletiffimum the-
ſaurum; non utcumque, ſed theſaurum aſconditum, in ameno, & fertili Divinæ
Scripturæ agro: multi per hunc agrum greſſi ſunt: aſpexerunt theſaurum, & tamen
dicam, quod non invenerunt, quia minimè præſentiarunt: in abundanti agro Sacra
Scripturæ nonnulli aliqua de Tautologiis annotarunt, ſed uſque huc, nulli, ſicut
Auctore noſter tam copioſum, & pretioſum theſaurum profuderunt: Videbatur ager
inſæcundus; ad eum omnibus ager ſecundus, abundans, fertiliſſimus, & locupletiffi-
mus continens & prodians pretioſiſſimum theſaurum: En agrum Divinæ Scripturæ
exponentem Sacras Tautologias, ex quibus Auctore tamquam peritus, & expertus
Agricola, & Scriba doctus parefacit theſaurum ſuum, & proſere de theſauro ſuo nova,
& vetera; hoc eſt Veteris, ac novi Teſtamenti profunda demonſtrat, ut ſentio Nolter
Doctiſſimus Paetz in Canticum Moyſis, v. 7.

In ſacro contextu non eſt ſylaba, nec apicalis, in cuius profundo, non ſit quil-
piam magnus theſaurus, ut dixit D. Chryſoſtom. Hom. 21. in Genes. Magna quidem in-
quiſitione indigent illius tractatores, quod videtur dixiſſe Chriſt. Domin. apud Ioann.
5. n. 99. Serulaminis Scripturas, quod non dixiſſet, ac Chryſoſtomus, ibi Homil.
14. ſi primi facie, & primà tantum lectione poſſent intelligi; quod enim in medio, &
in pro-notu poſitum eſt, nemo ſanè perſerutatur; ſed quod obſcurum, & latens eſt,
id multa indiget diſcuſſione: longè lateque diſcurit Auctore Sacras Tautologias, & per
ſeptem Volumina magna inquiſitione perluſtrat, & grandi profunditate perſerutatur
arcana; illa non ſolum acutè diſcuſſiendo, palam manifeſtando, verùm etiam com-
mi-

minuendo; quod aiebat Dyssenus de verbis, & apacibus Sacrae Scripturae, nam cum sine veluti grana sypapis, discussione opus habent, & eorum minutio: quod etiam videtur, dixisse Sapiens Proverb. 23. cum ait: *Cum sederis, ut comedas cum Principe, diligenter attende qua posita sunt ante faciem tuam, & stave cultrum in gutture tuo, si tamen bases in postetate animam tuam.* Quo in loco Beda mentem insana intelligit Sacram Scripturam, ad quam illius narratores, quamvis steterunt, & in illius lucubrationibus insudarunt, sed sedent tandem, ut panes famelicis fruantur; sed quanta opus sit diligentia, inquisitione, & circumspectione, indicat cum ait *Diligenter attende: Ubi Codex Hebraeus sic habet Blu-Thabin, tautologicus loquens: considerans, considerabis; ut sit sensus: Attentissime perscrutaberis, & diligentissime considerabis: quod LXX. Interpretet, reddiderunt, & vertit Sedulius in Epistola ad Romanos: intellige intelligentem; non celeri transitu, & indisciplata expositione debet alijs proponi, quae diu frangenda, & discutenda exhibentur, in cum Sapiente, debet statui cultrum in gutture, nimirum, ut non nisi sedulo meditata, ruminata, & discretionis acie consista debent exponi. Quanta cura & diligentia, quasi discussione, inquisitione, circumspectione, consideratione, meditatione, & comminutione Sacras Tautologias Auctor exposuerit, sua Volumina indicant Vix est in Tautologis syllaba, aut apiculus, qui ab Auctore non discutitur, ruminetur, & comminatur, ex cuius discussione, & comminutione, non prodeant sententiarum fontes, eruditionis rivuli, doctrinae flumina, sacrarum, humanarum, & ferè omnium litterarum maria; & non celeri transitu exposita, sed per septem volumina perlucidè enucleata. Opus magificum, imò in uno multa perutilia opera: & posteri sanè nervis, pleatris poematibus, & historijs tuas continent laudes: ira ut meritò cum regio Plalte dicam: *Generatio, & generatio laudabit opera tua.* Non tantum propter abundantiam doctrinae, propter multitudinem sententiarum, & propter cumulum eruditionis, quantum cum tibi à Deo sit data Spiritus Sancti gratia, ad interpretandos obscuros sermones, nequaquam talentum Domini absconditis sed sicut lucerna super candelabrum posita, illam mundo manifestasti, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.*

In lucem exit hoc Septimum tautologicum Volumen, ut luceat, sicut sex alia volumina lucem dedere: curat hoc opus per mundi plagas, imò apparent septem volumina; omnia, inquam, opera tua, & videantur ab hominibus, ut videant homines tua sapientissima scripta tua eruditissima tautologica Commentaria, & tantum perlucidè lucernae supra candelabra posita luceant coram sapientibus, & omnibus hominibus, ut videant opera tua bona, & glorificent Patrem, qui in caelis est. Glorificetur Pater ille caelestis, & laudetur Protopater ille magnus Benedictus, inquam, quia talem mundo genuit & protulit filium; tam divitem, ut proferat de thesauro suo nova; & vetera; tam peritum agricolam, ut planet arcem paradysum, cuius flores non fragrantiam solum nudam habeant, sed uberimos fructus, qui animam nutrire possint; ut vivat in aeternum. Habet igitur hic paradysus custodem Cherubinum scientia praetantem, qui temerè adveniens terret, & excludit proinde postulanda est Davidis Clavis, ut aditum praestet, ne aliunde ascenderes, fures deprehendantur; tam eruditum, & sapientissimum Doctorem, ut patefaciat, ni dicam perscrutetur, arcana profundi putei Sacrae Scripturae, vel hauriat ovas ex profundo putei Sacrae Scripturae. Puteus ex Origine Homil. 12. in Nom. est signum reconditae sapientiae & doctrinae, propter profunditatem, & laborem, quo aqua ex alto puteo hauritur; id gigitur de Divina doctrina eleganter expendit D. Cyrillus Alexandrinus; solent enim, inquit, Scripturae scientiam, aquae similem describere, sed magna ipsa profunditate, quasi in puteo iacet, ac sine magno labore hauriri non potest, cum obscuritas veluti lapis gravissimus ostium putei cooperiat: profunditatem, & obscuritatem profundi, & obscure putei Tautologiarum Sacrae Scripturae, perscrutavit Sapientissimus Villaroel, amovens gravissimum lapidem, puteum obstruentem, veluti alter Jacob: sicut etenim hic inveniens Rahelem prepe puteum, grandi lapide obstruam, amovit lapidem, ut adaquarentur greges: sic eruditissimus Villaroel amovit lapidem magnum, obstruentem profundam Tautologiarum puteum, patefaciendi obscuritatem, & profunditatem tautologicorum sensum Divinae Scripturae; non solum expositione lapidem amovendo, sed eius doctrina illum penitus separando, ut fideles adaquentur salutarì aqua doctrinae, & ut omnes habeant pa-

tesa-

tesactam abundantiam aquae Divinae Scripturae, ut refocillentur abundantì aqua Divinae Sapientiae.

Attamen etiam lapide ammoto, & aqua patefacta, non tamen est exhaurita: quia quamvis Commentaria haec exhibebant copiam abundantiae aquarum sapientiae, & eruditionis; obscuritatem, & profunditatem Tautologiarum removendo, non ideo censet in tanto Auctore, exhaurisse profundum puteum Tautologiarum Sacrae Scripturae; Scriptura namque Sacra, vel puteus Sacrae Scripturae inexhaustibilis est, cum enim à Sapientissimo Villaroel, tanta, & tam copiosa aqua hauriatur ex profundo puteo Tautologiarum Sacrae Scripturae (qualis nullus haurivit) adhuc manent in profundo aquae, quia qui illas creavit, & profundum constituit, ipse est, qui illas exhaurire valebit. Sunt Tautologiae, non solum puteus profundus inexhaustibilis Scripturae Sacrae; verum etiam fodior quaedam argenti & auri ita caliter, quod quamvis expositione, explicatione, & eruditione hauriatur copiae auri & argenti; adhuc remanet argentum, & aurum Divinae Sapientiae, & doctrinae: est namque Sacra Scriptura fodina argenti, & auri: sic vocant Sacram Scripturam Chrysostomus, Nyfenus, & Gregorius Magnus: unde singulae lineae Scripturae Sacrae venae pretiosae sunt, & apiculi singuli, thesauri, & grano eloquia Domini argentum; fodinae autem in dies, parant influxu caelesti pretiosos fetus, quos oblectricum more non sine labore, & diligentia, sacri Interpretes profertur in lucem, prolato excoquunt acri ingenij igne, & quasi artificum arte elaborant, & novis sculpturis, & figmentis exornant: semper tamen superfluo locas amplius eruendi, constandi, elaborandi, novique ex eo operis monij conficiendi, novamque denique in dies eruditionem, & medullam explicandi: venit in hunc sensum illud Levit. 25. *Comeditis veteres fruges usque ad novum annum: donec nova nascentur, edetis vetera, & 26. num. 9. & 10. Respiciam vos, & crescere faciam, multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Primo, comeditis vetustissima veterum, & vetera novis supervenientibus proicietis.* Quae omnia in explicata doctrinam traditam in cortice, & specie litterae in symbolis, & figuris, & noviter in plenitudine temporum, enucleatam, & excusam maxime quadrant: nam ut aiebat D. Gregorius Magnus Prologo in Cantica: messis uberrima est Scriptura Sacra, & aurea Casarie, & grano felicissimo praedivitem spicaram, hoc est, sententiarum, quasi messorum Doctores; at ij non tam omnium Lectores in ubertate tanta, quin plurimae adhaerentiae spicae, fugiant manus metentium: teste Hilario in Psalmum 134. sic alloquente: est Scriptura uberrimus atque felicissimus ager, est campus varijs odoriferis saluberrimis, pulcherrimisque herbis, floribus, frugibus, fructibusque admirabilis: At ut nec in natura omnes adhaerentiae flores, & fructus noti, explorati, perceptique sunt omnibus; sed Adamo tantum, & Salomoni, horum scientia in terra singulari beneficio à Deo collata: sic nec omnes Scripturae Divinae, non omnes omnino, non omnibus exhaustae intelligentiae, quarum prolato, & propalatione Ecclesia illustratur in dies, ex Aurora sive Luciferò, Luna; ex Luna Sol; ex Sole caelestium Syderum acies ordinata.

Doctrina, & expositione Doctorem in dies illustratur Ecclesia, & clarescit obscuritas, & profunditas Sacrae Scripturae, & quamvis haec sit interminabilis ager floribus, & frugibus fecundissimus, puteusque profundus salubrium aquarum, necnon fodina speciosa argenti, & auri pretiositatis, & valoris inexhaustibilis; sapientiae & copia doctrinae septem tautologicorum Voluminum forte compellit credere, quod si Sacra Scriptura exhaustibilis esset, dicerem, M. Villaroel, nostro videri totam Sacram exhaustae Scripturam. Quis non miretur in septem voluminibus, quos flores emittit? Quos fructus spargit? Quas aquas producit, & haurit? Quantum argenti, & auri, pretiositatis, eruditionis, & sapientiae profert, & extrahit? Et denique in eruendis difficillimis Tautologiarum sensibus, quam facilitatem, & ingenium ostentat peracutum? Ingenium clarescit in opere, facilitas patefit in calamo: septem Volumina, seu septem Commentaria in Sacras Tautologias, quando vix, in tot tantisque Scripturis Sacris, extet unus, qui saltem unicum huius siccæ materiae pro meritis traferet, & enucleat: Meritò sententiarum numerus in Auctore magnificat facilitatem, & copia eruditionis extollit ingenium: nec ingenium quievit, nec calamus cessavit ab anno septingentesimo tertio, usque nunc: Per spatium viginii quatuor annorum sex Commentaria Tautologiarum protulit in lucem, plena, & abundantia eruditionis & sapientiae, & cum opus sit non minus eruditum, quam laboriosum in sex Commenta-

rijs

rijs enucleatum, non requievit ab opere, quot pararat, sed profectus est opus, quod inceperat: Laboravit septimum Volumen, seu laboravit in Septimo: & quamvis septimus dies est quietis, & requietionis; Auctori est dies operati, & delectati laboris: videt iam Septimum Tautologiarum Commentarium enucleatum, & completum: *Completit Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requievit die septimo ab universo opere*: igitur requiescere debet; cum videat sua septem Volumina, seu septem Commentaria iam consummata, & perfecta, & per mundi plagas ad communem utilitatem diffusa: omnia eruditionem diffundunt, profunditatem patefaciunt, obsecuritate clarificant, intellectum illustrant mentem inflamant, aures muleant, & dulciter cunctis audientibus sonant. Sed nullum mihi tam iucundam & suavem vocem ducit, quam hoc septimum Commentarium; est enim illa tuba magna clangens dulcem, ni dicam dulciorem sonum: Si enim in sex Commentarijs, seu Voluminibus multa docet, abundanter instruit, dulciter suaviterque muleat, nunquam tam iucunde, si non tam perfecte dicam, quam in hoc Septimo sonat: hoc volumen est septima vox; si fer alijs antecedentibus non eruditior, perfectior quidem; cum sit septenarius numerus perfectio ceterorum: hac septima Tautologiarum voce audiat, quæ patefacit obseura, aperit clausa, ducit ad ignota, & revelat condensa, necesse est, ut in templo Dei omnes dicant gloriam. Regius Platites convocans filios Dei ad adorandum, & dandum ei honorem, & gloriam, Divino Spiritu motus, voces Domini in Psalmum 28. clangit, & septem enumerat, nec minus, nec amplius: *Vox Domini in virtutes, Vox Domini in magnificentia; Vox Domini confringentis Cedros; Vox Domini intercedentis flammam ignis; Vox Domini concutientis desertum; Vox Domini preparantis Cervos, & revelantis condensa*: & in templo eius omnes dicent gloriam: Septem illis vocibus Domini asonant septem, Tautologica volumina; perfructetur Sapiens septem Commentaria, & audiet septem Domini voces animum reficientes, & intellectum illustrantes: in sex antecedentibus resonant Domini voces: in Primo auditur vox super aquas; nam ut ait Paraphrasi super Psalmum 28. Doctus, Le-Blanc: Deus vocem suam per varias nationes sparit, qua salutis viam, & Evangelij doctrinam sacram aperiret: in Primo aperitur via quasi inculca, aut occulta tautologica doctrina: spargit abundantes aquas sapientie; non solum illas communicando, verum ex profundo puteo illas extrahendo: in Secundo emicat vox virtutis: tum propter sonum magnæ efficacitæ; tum quia non inaniter & sine fructu sonat; sed eius monitis omnium mentes ab errore ad veritatem traducit, & ad intimas medullas penetrat: in Tertio apparet magnificentia vox: quid magnum magnificentum, & admiratione dignum non apparet in opere? In Quarto resonat vox confringentis Cedros superbitæ, vanosque mundi sapientes, tumido fastu caelo bella inferentes, veramque fidem & doctrinam disturbare conantes: in Quinto exauditur vox, seu sonus Divinae vocis per varias plagas divisæ ad recreandas hominum mentes luce Divini amoris & charitatis, ut Divino amore incenduntur, & ab omni rubigine expurgentur: in Sexto apparet vox concutientis desertum, ut ignatas, & omnis culturæ expertes nationes, & gentes incultis moribus nihil Deo præter vepraes reddentes sono efficaci doctrinæ, concutiat, atque emolliat, molliatque cælesti gratiæ imbre fecundet: & denique in hoc Septimo apparet septima vox preparantis Cervos, & revelantis condensa: per Cervos, ait Le-Blanc, intelligi Doctores Ecclesiæ, qui omnia mundana transilientes, & contententes, ad nunciandum Evangelium sunt agiles; & quique venenosas Hæreticorum linguas non timent, & eos utriusque testamenti Scripturis tamquam duobus cornibus reptant: hæc vox non solum præparat Cervos, sed quod magis est, revelat condensa: silvas, nemora, arbores, incultaque loca, atque impervia, quæ apparere videbantur in Tautologijs, aperit, & revelat; condensitatem, seu obsecuritatem separando, earumque ramos frangendo, seu arbores decorticando: ut ait Geberhardus: *revelavit*, id est, *decorticavit*: præparat Dominus in Ecclesia sua Cervos, id est, Sapientes, & Doctores, ut revelent condensa, id est, ut decorticent arbores, hoc est, penetrant, & perfructentur profunda Scripturæ, ut appareat, & percipiatur medulla sacre doctrinæ.

Qualiter M. Villaruel Sacras Tautologias decorticaverit sua Volumina prædicant: multi aliqua de Tautologijs attigerunt, sed quasi in cortice illas annotarunt. M. Villaruel, non solum tetigit, sed per septem volumina decorticavit: Tautologiarum arbori fertili, abundantæ, & fecundæ Divinæ Scripturæ subtili corticem, ut appareret

reret medulla Sapientiæ, & ut omnes perciperant substantiam divinæ doctrinæ: & hoc est propriè revelare condensa, sicut sentiunt SS. PP. Augustinus, Hieronymus, Remigius, Beda, Lombardus, Titchmanus, & Richardus à sancto Victore: hic ait: *Tabulis Cervis* (loquitur de Doctores) *taliterque preparatis Dominus revelabit condensa, & referabit scripturarum profunda: allegoriarum opaca, Sacramentorum mysteria, mysteriorum secreta*: Amant enim huiusmodi Cervi hie, illaque discurre inter condensa: abita quaque loca percussere, & occulta penetrare, opaca frequentare, in condensa, & umbrosis requiescere. Quanto enim altius Scripturarum intelligentiam perciperint, quanto earum profunda perfectius penetraverint, tanto securius, tanto quietius, quasi in condensa latitantes, & in umbrosis requiescentes, hinc deident demum insidias, illinc despiciunt carnales illecebras. Et Beda ait: quod solent Cervi inter condensa nemorum ingredientes, ramos separare, & caput, ubi pascuntur sibi, & alijs animalibus aperire: sicut Apostoli, Doctores, & Scriptores sacri opacitates, & occulta mysteria Scripturarum, in quibus, & ipsi pascuntur, & alios pascunt, aperuerunt. Aperit hoc magnificentum opus spaciosum, & speciosum pasqua ab omni densitate, & obsecuritate alienum, tribuens pabulum in via lata, & plana ad pascendos populos, & recreandos sapientes: illa Tautologiarum via, quæ densis sylvis videbatur impervia, & eius obsecuritate, & densitate, quali anfractibus plena, iam hoc opere est via plana; iam densitas, & obsecuritas versa est in lucem: utilis labor ab omnibus celebrandus, sed quo iure Auctor extollendus? Et maxime in opere tam utili & præclarissimo, in quo quis non videat ad amissum, quin nec lato ungue in aliquo deficiat impleri? Et sic Auctori nil aptius, nil proprium, quam illud:

*Tam bene si quisquam potuit tam multa, quis inquam?
Si tam multa alius; tam bene quis potuit?*

Itaque cum tam multa differat, & tam disertissimè explicet ea, quæ ex minus accurrata lectione possent generare perniciem, ut nec copia & affluentia doctrinæ confusionem pariat legenti, & pretiosum à vili separans, verum discernendo à falso, sanam intelligentiam à noxia, os Divi Augustini factus, iuxta illud Ieremiæ 15. *Si separaveris pretiosam à vili, quasi os meum eris*: alienos à veritate sensus procul propellit, & sapientiæ salutis aquam, quam haurit ex lividissimo Scripturæ fonte, cunctis propinat. Propterea omnes sitientes venite ad aquas abundantes huius sapientiæ & doctrinæ: venite, properate, bibite, & legite Commentaria hæc: nam ut Hieronymus ad Farium scribens ait: *Post divinas leges, sapientiam hominum codices perlegere tenemur; eorum dumtaxat, quorum fidei integritas nota est, quorum doctrina à tramite veritatis non vacillat, sed magis sacrarum litterarum auctoritas confirmatur*. Itaque cum in hoc disertissimo Commentario, in hoc spacio rerum, & specioso sententiarum campo, nihil, quod vel Orthodoxæ fidei puritati, vel proborum morum venustati noxam inurat, deprehenderim: eos omnes, ad quorum manus hoc, vel alia Commentaria antecedentia pervenerint, hortor, ut amore huius sæculi tam molium, gemmarum, pretiosarumque rerum transferant ad studium, ac vigilantiam auctoritatum, sententiarum, eruditionum, quibus ista statuta, veluti margaritæ pretiosæ, reperiuntur. Tantæ quippe sancti suavitatis, tantæ verborum gravitate, vir hic scripta sua disserit, ut nunquam quis ad ea perlegenda accedat, quin ut magnopere oblectatus sit, aut longe doctior fiat. Quare dignissimum prælo Commentationis hoc, ad communem omnium, & præcipuè illorum, qui in verbi Dei declamationes ad populum incumbunt, utilitatem iudico, & sentio. Martii in hoc Sanctissimæ Trinitatis Cœnobio Redemptiōnis Captivorum: Idibus Septembris: Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo septimo.

*Fr. Emmanuel de Ocio
Salazar.*

FACULTAS ORDINARIJ.

VISA Superiore approbatione, facultatem concedimus R.mo P. M. Fr. Emmanueli de Villarroel Benedictino Laurentanenſi, &c. ut Tomum Septimum in *Sacras Tautologias* in lucem edere queat. Martii die 24. Aprilis, anno 1727.

Doct. D. Christophorus Damasco.

CENSURA RR. P. M. EMMANUELIS TRIGOTEN LECTORIS *Fubilati, Ex-Visitatoris Generalis, in suo Complutensi Collegio quondam Studiorum Regentis, & nunc in Matritensi Portæ-Cæli domo Præpositi.*

SUPREMI Senatus decreto maximâ voluptate vidi, ingenti aviditate perlegi Tomum Septimum, quem parat in lucem edere RR. P. M. Fr. Emmanuel de Villarroel, Scholasticæ Theologiæ Doctör, ac divinarum litterarum Interpres, è Sacra Benedictina Familia, gloriosa semper vetustate nobili, at nunc tanti filij gratiosa novitate felici: ingenti, inquam, aviditate perlegi Tomum Septimum Tautologiarum; *Suscipitur enim tanti Auctoris doctrina, (a) sicut rivi aquarum decurrentium in terra sitienti.* Terræ sitientis more expetunt omnes has sapientiæ aquas, hæc doctrinæ fluente, ut mentium agri irrigentur, & secunda reddantur animorum arva. O quanta ab hisce aquis utilitas! Cum aquis fluit rerum ubertas, ab undis emanat divitiarum copia. Quæ non decurrunt divitiæ cum his sapientiæ fluentis! Hic inveniuntur gemmæ, hic argentum & aurum, hic tanta lapidum pretiosa supellex, ut qui has aquas sitibundus potat, cunctas pretiositates hauriat.

Hinc elicitur sæcularis doctrinæ aurum, ut possit extrinsecus deaurari divinæ sapientiæ arca. Hinc extrahuntur permultæ Gentilium opes, ut ex profanis Sacra locupletemus, & in divinis eloquijs, ut Damianus affirmat, (b) *luculentius proficere valeamus.* Hinc educuntur profanæ litteraturæ gemmæ, ut venustior reddatur sacræ sapientiæ vultus; huius enim pulchritudinem auget, ut docet Basilius (c) externæ eruditionis ornamentum. Hinc eruitur argenteus orationis nummus, cui sermo sapientium comparatur, (d) quia paucis verbis pretiosas sententias claudit. Argentum est sanè electum tanti Doctöris sermo, quo multa sunt paucis sententiosè ac eloquenter significata: quæ sublimi concepit animo, tam sublimi exprimit eloquio, ut meritò possim cum Nacianceno exclamare: (e) *Quis sermonem habuit animi sensa melius exponentem: ita ut neutra parte, ut plerique, claudicaret: nempe, vel mente sermone destituta, vel sermone mentem haud æquo gradu sequenti?* Mentis acumini respondent mirificè verba, quia, & electus est animi sensus, & pariter electa locutio.

Vocent Ægyptij suum Nilum, cui in sacris Litteris assimilatur sapientia: Vocent, inquam, suum Nilum, ut tradit Spartianus, (f) largitorem omnium rerum; hoc enim verius existimo de hoc doctrinæ fluvio, de tanti Doctöris Nilo. Excurrit ille, ut fecundet terram caligine circumfussam, circuit

cuit enim Æthiopiæ, (g) quæ interpretatur caligo: hic excurrit per obscuram Tautologiarum viam, ut abdita illustret mysteriorum arcana. Verè Nilus, quia septemlævis: per septem se oïlia diffundit niloticis annis, ut mirabilem Ægypto fertilitatem inferat; & per septem se rivos dispergit hoc niloticum flumen, ut uberimos fructus univertus orbis reportet. Mira sunt Nilii incrementa, & quò magis augentur aquæ, eò crescant in Ægypto delitiæ. (h) Quis non fludet huius Nilii mirifica aucta: exerceat certe puræ doctrinæ latices, & quanto amplius multiplicatur, tantò amplius augetur mentium hilaritas, tantò amplius exuberat animorum voluptas. Mirandum inmodum crescit hic fluviorum maximus ætivo solis ardore: & mirabiliter augentur aquæ huius præstantissimi Nilii solaribus intelligentiæ radijs; unde enim posset oriri tam ingens copia doctrinæ, nisi è tantæ mentis fulgore? In hoc Septimo Tomo adhuc mirificè creticit sapientiæ rivus, qui in prioribus Tomis videbatur exhaustus. O inexhaustibilis doctrinæ fons, numquam deficiens, semper accrescens, tam acuto percussus intelligentiæ Solis spiculo!

Ex sublimiori aquarum portione productæ fuerunt volucres, (i) & ex sublimioris doctrinæ aquis nascuntur penne, quibus hic eruditissimus Auctor super æthera volat. Sicut Scriptoris ingenium debet esse pennatum, inquit Clemens Alexandrinus: (k) *Procedit Scriba sacrarum pennas habens in capite.* Quis non miratur aligerum tanti Auctoris ingenium, quo, velut aquila magna, velociter fertur in scientiarum sublimia, ut arcanos emedullet Scripturæ recessus! Plena est plumis tanti Scriptoris mens, quibus, & per omnium volitat ora, & omnium superat præconia laudum. Cuncti sanè dueuntur in pluvius; at licet omnium lingue conficiant encomia, numquam tamen tantæ magnitudinis aqua; siquidem adeò eminentis eius apparet celsitudo, ut vel ipsa nequeat respondere admirationi. Sed eius laudationi parco invitus, ne transgredi videar Censoris munus. Attamen quid inveniri potest in hoc Septimo Tomo censoria virgula dignum, si ipse septenarius numerus opus perfectum indicat, opus consummatum demonstrat? Quid potest deprehendi fordidum, quid fidei, aut bonis moribus distonum, si est prius electum, si est purissimum argentum septies purgatum? Prodeat ergo in lucem hoc nitidum, hoc opus argentum, ut totus orbis tanto splendore fruatur, tantâ pretiositate diletur. Sic sentio in hac Matritensi Portæ-Cæli domo die 28. Aprilis, anni Domini 1727.

Emmanuel Trigoyen.

Præpositus C.R.M.

Facultas Regij Castellæ Senatus.

APPROBATIONE superiore visa, Regij Castellæ Senatus permittit R.mo P.M. Fr. Emmanueli de Villarroel Benedictino, &c. Tomum Septimum in *Sacras Tautologias* typis committere, ut latius patet ex authographo privilegio expedito die 18. Aprilis, ann. 1742. per D. Michaelen Fernandez de Munilla, Regij Cameræ, Secretarium.

(g) Hug. 7.

(h) Beverl. Teatr. vic. hum. tom. 3.

(i) D. Thom. 2. p. q. 71. art. 1.

(k) Clem. Alex. 6. Strom cap 4.

(a) S. Pet. Dam. serm. de San. Elen.

(b) S. Basili. hom. ad Adol. f.

(c) Prov. cap. 30. Corn. ibi: verba sapientiam mogeta argentea.

(d) Naciancen. orat. de laud. S. Basili.

(e) Spartian. in Pescennio.

(f) Spartian. in Pescennio.

MENDA.